

sibi in καταφιλέω vim nescio quam reperisse videntur. nam scriptores N. T. expresserunt eo, ut Graeci V. T. interpretes, verbum $\epsilon\psi\alpha$ ⁿ, quod, ut Graecum Φιλέω, simpliciter est osculari. Neque scriptores Graeci alii id usurpare solent aliter. Εγκομβόομαι multi tradunt esse intus me orno, sed est absolute me orno s. induo: id quod Heinsius & Hammondus^o ita demonstrauere, ut dubitari amplius non possit. Quae vero de verbis διατέλλεσθαι & ἐκβάλλειν deinceps dicemus, ea non memini a quoquam alio obseruata adhuc & allata esse. Disputant Viri boni & quaerunt, quam notionem oporteat subiici verbo διατέλλεσθαι apud Matthaeum^p & Marcum^q. Plerique, ut Stockius, eo inclinant, ut putent, id esse grauius interdicare. Verum procul dubio errant. Διατέλλεσθαι est monere. voluere enim Euangelistae eo, ut interpretes Alexandrini, exprimere verbum Hebraicum רָחַם . Neque vim ullam in eo latere, apparebit e verbis Marci, si cum loco Matthaei ea contendaris.

Mar-

ⁿ Gen. XXXV. 15. Ex. III. 27.

^o ad 1 Pe. V. 5. p ca. XVI. 20.

^q ca. V. 43 &c.